9. 4. 81

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO
PRINCIPIS OPTIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

IMAGO
PRINCIPIS OPTIMI
IN SERENISSIMO
CAROLO HENRICO
LOTHARINGO
PRINCIPE VALDEMONTII
Aurati Velleris Equite, Catholicæ Maieſtatis Aulico, atque Supremo Mediolani Gubernatore.

EXPRESSA

A CAROLO FRANCISCO ROVELLO
Congregationis Somaſchæ, Sacræ Theologiæ Lectore, & in Ticinenſi Vniuerſitate Publico Philoſophiæ Profeſſore, atque S. Officij Conſultore.

BIBL. CAES. MED. PALAT.

MEDIOLANI, MDCCIII.

Typis Ioſephi de Clericis, Impreſſoris.
SVPERIORVM PERMISSV.

SERENISSIME PRINCEPS.

INſitum nobis à natura viuendi deſiderium. Nobilior autem cupiditas honeſtè moriendi. Eà ſummi Viri tenentur, poſt diſceſſum, laudabiliter permanſuri. Famæ præſtantia ſuperſtitis vita clarior, quæ non occidit. Lucem perennem accendit imperio nobiliorem, vt qui meruerint, illuſtriùs reuiuiſcant.

Aetas

Digitized by Google

Ætas, quamuis longiùs producta, temporis momentum; ſed faſtis ſplendidè conſecratum, felici vſurà decoram lucratur æternitatem. Hæc vita, quà nulla ornatior, numquam perit. Hæc lux, quà nulla pulchrior, numquam extinguitur. Non timet exceſſum, commune fatum, cui ſuperior eminet. Arcet inſidias ab inuidis paratas. Vincit aduerſa, humana ſupergreditur; diuina tandem aſſequutura.

Opus eximium nomen eorum, qui ſe benegeſſerint, illuſtrat, perennat, vt poſtquam mortale exuerint, gloriæ induant immortalitatem. Illud ſupra Cæli motus, diuitias omnes, & Regnum, quæ ſenſim labuntur, ſublimiùs euehitur. Alterum patrimonium rebus, quæ ad hæredes tranſeunt, excellentius. Id enim laus, gloria, & honor, in quæ ius habet, perpetuò ſequuntur. Horum pretium, quod iuſtè perſoluitur, longè

exce-

excedit aurum, & argentum, velut arenam exiguam, inter ſe comparata. Nulla maior iactura, quàm in longum producere dominium, & temporis dominium non acquirere æternitate, cui nonniſi præclara geſtorum ſeries Principes æquat.

Geſta cum dignitate conſentiunt, SERENISSIME PRINCEPS. Ea peperit Ratio, quæ mortalitati non ſubiacet. Nil mirum, ſi vitam comparauerint in æuum duraturam. Et quoniam quæ dicuntur, clarè patent, cuique licebit in hàc præclarà Icone intueri mutuam virtutum complexionem, quæ regnantem conſtituunt, ſæculis conſignandum, vtpote poſteritati profuturum. Singuli admirantur iuſtitiæ formam, æquitatis ſpeciem, clementiæ exemplar, pietatis imaginem. Contemplantur vigilantiam, fortitudinem, iurium conſonantiam (breuiùs dixerim) auitam

Proce-

Digitized by Google

Procerum effigiem, quorum hæreditas glorioſa Nepotes, quibus exprimuntur.

Ataui tempore quidem potiores; re-
Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 4. *centes autem merito æquales, cum ita dominentur in poteſtatibus ſuis, vt relinquant Nomen narrandi laudabiliter, quæ rectè egerint. Eorum memoria in decus permanſura, quaſi ſemper exiſterent. Oppoſitum à regulis imperandi declinantibus, quorum nulla plauſibiliter mentio, quaſi non fuerint. Præ oculis habent, qui præficiuntur, patens honoris iter, quo ituri in perpetuas æternitates; ac Deo, cuius vices ſubierunt, gloriam daturi.*

Exiguum calami tributum fluxit ab innatâ animi propenſione in Principes de Orbe Catholico ſtrenuè meritos, in quo Lotharingi fulgent. Militaris labor
Paulus Æmili' lib. 5. *Chriſtiana Religioni præſtitus, æs domeſticum ſtipendijs conſumptum, Sacratiſſimum Saluatoris Monumentum,*

vitæ

vitæ diſcrimine, Barbaris ereptum, clariſſima officij argumenta.

Singula candidè loquuta veritas. Non differt à Speculo ſincerè exprimente imaginem intuenti. Plura præſens miratus: cætera ab his relata, quorum intuitus teſtatur, & quorum labor eruditus, vt iacent, exprimit, ſuis diſcreta locis, ac diſtincta temporibus. Hoc itaque ſit in Sereniſſimam, ac Regiam Lotharingiæ Domum, cui nedum Catholicus Orbis, ſed Cælum ipſum plurimùm debet, obſequentiſſimæ voluntatis argumentum.

Sereniſs.mæ Celſitudinis Veſtræ

Humill.mus, & Obſequent.mus Seruus
Carolus Franciſcus Rouellus.

Digitized by Google

D. Ioannes Hieronymus Zanchius Præpoſitus Generalis Clericorum Regularium Congregationis Somaſchæ.

C*VM* Imaginem Principis optimi *à P. D. Carolo Franciſco Rouello Noſtræ Congregationis Sacerdote expreſſam duo eiuſdem Congregationis Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt Typis mandetur, ſi ijs, ad quos ſpectat, ita videbitur.*

Dat. in Noſtro Collegio S. Mariæ Salutis Venetiarum die 13. *Iunij* 1703.

D. Io: Hieronymus Zanchius Præp. Gen. Congregationis Somaſchæ.

Locus ✠ ſigilli.

Hieronymus Sertorius
A Secretis.

IMPRIMATVR.

Fr. Ioſeph Maria Reina Ord. Præd., Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Commiſſ. S. Officij Mediolani.

Bartholomæus Craſſus Canon. Ordin. pro Eminentiſſ. D. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Angelus Maria Maddius pro Excellentiſſ. Senatu.

Dili-

Digitized by Google

		ERRATA.	CORRIGE.
Pag. 38	lin. 25.	conpagem	compagem
47.	10	ſcrutinabantur	ſcrutabantur
55.	16.	explicuiſſe,	Crucem explicuiſſe,
60.	24.	Tolerabius	Tolerabilius
74.	16.	maleſentium	maleſentientium

Digitized by Google

Digitized by Google

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

Diuina Sapientia Cap. 1.

HActenus florentiſſima Inſubriæ Prouincia ſummos Viros venerata ad ſui regimen deſtinatos, qui togà, ſagoque pręſtiterint. Nunc obſequens reueretur Sereniſſimum Carolum Henricum Lotharingum magnis rebus geſtis decoratum. Fama virtutum miro fœdere coeuntium adhuc abſentis præuènit aduentum. Tandem præſens nos exhilarauit, prudentiæ verba locutus. Vnuſquiſque ingredientem ſuſpexit. Sat animaduerſum maiorem eſſe ſapientiam, & opera ſua, quàm rumor latè diffuſus, adeo vt auxerit præſentia famam.

Vix confinia ingreſſus, Vrbium lega-

tos, ſublimes Magiſtratus obuios habuit. Quacumquè inceſſerit, rectitudinis veſtigia reliquit. Emicuit cultus, Ticini Regij, in D. O. M., in Deiparam immaculatè conceptam, in purpuratas Saluatoris Sanguine Spinas. Enituit manus effuſa in pauperes; Canonum, Legumque ijs, qui pręſunt, commendatio. Fulſit obſequium Templis, D. Carolo Borromæo Sanctitate, ac purpurà fulgenti, Mediolani exhibitum.

Si tot in tranſitu dedit integritatis argumenta, quot iam conſiſtens non præbebit? Si adhuc in itinere, vixque limen attingens, rectæ gubernationis poſuit tyrocinium, quodnam deinceps erit ſublimi ex Cathedra Magiſterium? Nouerat optimus Princeps nihil ex omnibus rebus humanis præſtantius eſſe bono regimine, cum ſit quid Diuinum. Didicerat Mundi Rectores non hominum exercere iudicium, ſed Dei, à quo omnis poteſtas. Perceperat ſe cum Chriſto Imperium gerere, cum eodem Rempublicam adminiſtrare.

Hacte-

Digitized by Google

Hactenus vmbratilis ſpectata Maiorum imago, quæ clarior emicabit. Initialis hæc linea: cæteræ ducentur, quibus tota poſſit effigies includi. Proficuum regiminis exemplum in Speculo Lotharingæ rectitudinis, cui tam veteri, quàm recenti obſtrictum Fidelium cætum facta loquuntur, obijcit intuentibus.

Silere docent Piſces Gentilitij; Veritas id vetat, nec aſſentitur vtilitas. Reticere, quæ Chriſtianæ Reipublicæ prodeſſe poſſunt, commune damnum præſentibus, & futuris. Vtile igitur erit auitam Procerum imaginem, ſeu iuſtitiæ formam, clarà operatione recenter à Principe optimo expreſſam oſtendere. Item operæ pretium conſonam regendi praxim colligere.

An. Chr. 800. à Leone 3. Pontif. inunctus Imp. Brietius.

CArolus Magnus Imperator à rerum magnitudine ſic nuncupatus Lotharium ex filio Nepotem habuit, à quo Lotharingia, ac tot Principum inclyta ſeries. Godefridus inuictiſſimus Sacræ expeditionis Imperator, poſt Loca Sancta Vaticano reſtituta, Rex Hieruſalem ſalutatur. At (ò ingens excelſi ſpiritus de ſe demiſsè ſentientis exemplum) ſecum recogitans ibi noſtræ ſalutis Reparatorem Spinis fuiſſe coronatum, noluit imponere capiti, *Deo plenus*, vt Sacer inquit Hiſtoricus, Regium ſertum.

An. Chr. 1099. capta Hieroſolyma die 15. Iul. 5. 6. Eodē an. die 23. Iul. electus in Reg. noluit coronari. Brietius.

Non recolam antiquiores, iuſtitiæ defenſores, æquitatis vindices, Chriſtianę libertatis aſſertores, triumphis claros; Non referabo laureata veterum monimenta, quos Reipublicæ ſalus, & Religionis defenſio in bellis adminiſtrandis ſanctiſſimè exercuit. Nitent diuini iuris, & humani cultores; ſupremæ Sedis propugnatores; ideoque peculiari Dei præſidio in aduerſis defenſi, vnde reſtituta felicitas.

Recens prodeat in medium Sereniſſimus

mus Carolus Lotharingiæ Dux, Germanicus Alexander, qui Catholicæ Fidei zelo non minùs, quàm belli ardore accenſus, victore gladio ſoluit Viennæ compedes nodo Gordiano implicatiores. Auguſtiſſimam Leopoldi Sedem, iteratis Turcarum ictibus, iam collabentem ſuſtinuit, erexit, firmauit. Tunc D. Petri ſolium illuſtrabat Innocentius Vndecimus, qui meritis, & precibus validè decertauit. Sedens in Vrbe dubiam Chriſtianorum ſortem ſolidauit. Optimum ſanè fuiſſet viuentem Ducem diutius ſuperſtitem eſſe victoriæ. Perenni didicit viuere poſteritati, qui vitæ periodum abſoluit virtuti coniunctam. Mors humanis quidem rebus viſa eſt infortunium, in cœleſte verò Capitolium magnum triumphatorem inuexit.

1683. Vienna ſoluitur Turcarū obſidione.

1690. in Auſtria obijt Carolus V. Lotharingiæ Dux.

Sereniſſimus Carolus Henricus ab ineunte ætate, & tener adhuc, nondum plenè ſibi conſcius, incipiens auita premere veſtigia, ſpe futuri progreſſus patuit inauguratus. Tum Diuinà, tum humanà diſciplinà excultus. Laureatà ſuorum non contentus arenà, quin magis excitatus, ad exteram ſe contulit, in qua bellicas ſortitus expe-

1648. natus in Lotharingia.

1672. in Oſtenda Vrbe Belgij, in Comitatu Flandriæ in-

Iuuenis militum imperator

expeditiones, palmas in flore iuuentæ collegit. Preambula agendi forma innata Regij ortus propenſio, influente proficientis arbitrio. Quapropter non tam à ſe, quam à ſuis excellens vitæ primordium. Studuit Maiorum faſtis addere trophea, ac Gentilitiam gloriam augere. Eos ſenſim pietate, ac fortitudine proſequutus, vt nedum ſanguine, verùm etiam geſtorum cognatione iungeretur. Noſtris reddit obtutibus, ac eoſdem adeo exprimit, vt in eo feliciùs, quàm in ere reuiuiſcant. Maiores egregij imponunt nepotibus onus, ſplendidum quidem, ſed non leue, vt quantùm agnatione referunt, virtute reſtituant. Numquam in ſucceſſoribus, qui geſtis illos ſequuntur, intereunt. Poſt ſe relinquunt viuas imagines prototypo ſimillimas.

Carol. Mag. Foreſtà Mappam. Soc. Ieſ. relig. & doctr. florentiſſ.

Penes Lotharingos militum imperatores vexillum Fides explicuit, rectitudo prætulit, Crux triumphauit. Nil actum, niſi Patrum more priùs fuſæ preces Cœlitum influxum excitarint, à quibus bonum omen, & læta rerum præſagia.

Sub Car. II. Hiſp. Rege.

Quid memorem. Belgicas Prouincias victorijs repletas? Quid loquar. Burgundiam

diam periclitantem non ſemel defenſam? Quid referam. Aduerſas acies, velut torrentum furias, compreſſas? Non prætereribo copias Hiſpanicas, Anglicas, Germanicas, quas militaris diſciplina direxit, palmis onuſtas. Immortalem reddit milites ſæpe ſuos mortem declinaſſe, cum eorum ſaluti ſtuderet. Niſi neceſſitas compelleret, ſeu niſi defenſio id exigeret, inſpecto minori exercitus incommodo, ſanguinem fudit, ſed non lacrymas. Locum enim in prælijs cupreſſus ceſsère lauris numero maioribus. Ferri licentiam coercuit, ne templa labefactaret, Furentia caſtra compeſcuit, ne Virgineum Cętum, prę ſertim Deo Sacrum, gratiæ ſpiritalis ornamentum deformarent.

Nil bene actum in cõſilijs, in obſidionibus, in directione copiarum in motibus exercituum, in quod plurimùm nõ influxerit.

Zelus honoris Dei.

Fortuitus ſæpe belli exitus penes mortalium notionem, non Diuinam, omnia vt præſentia attingentem. Nunc victorias non cœca fortuna, ſed oculata Ratio duxit, trutinata prudentia peperit, animi robur edidit, conſilium direxit. Quidquid militaris paleſtra docet, comparauit.

Cogit Namurũ ad deditionem.

Obijciunt menti campos hoſtium cruo-

cruore rubentes, quem ipſi contumaciter effundere inſtiterunt. Ponunt ob oculos gentes validè defenſas, Regiones fortiter propugnatas, aduerſas acies ſtrenuè propulſatas. Exhibent palmarum ſiluas, congeſtas lauros, ſpolia capta. Exprimunt irruentium impetus eluſos, hoſtilem ditionem perterritam.

Totum Belgium defendit.

Ab Vrbe Bruxellēſi aliiſque hoſtile arcet incendium.

Sed totam mentem poſtulat, quod ſequitur. Difficilius enim nobis captu, quàm Principi factu. Non ſemel bella geſſit ſine ſanguine, palmas ſæpe tulit abſque conflictu. Nouum victoriæ genus. Vicit, non pugnando, ſed à pugna recedendo. Vnde vel hoſtis ipſe neſciebat, quò ſe verteret, coactus diem perdere ſine certamine. Quamquam infenſa numero vincerent agmina, grandioris Animi Lotharingi acceſſu valde diminuta ſunt. Caſtra irrumpentibus frænum iniecit, itaut commendatæ ſibi Prouinciæ iniurias militum difficilè ſenſerint. Tam felix, & incruenta victoria ſpecioſior alienis, quæ funerum horrore ſqualent. Purpurà dignior, quàm quæ ſanguine purpuraſcit.

In Belgio Eius receſſus ab hoſte vincit hoſtē, ſcilicet nonaginta millia militum. Ab omnibus commendatus etiam ab hoſte ſine pugna ſuperato.

Quàm

Quàm vehemens cordis concuſſio à funeſtiſſimo pugnantium aſpectu? Ægrè lumina ferunt ſtragibus tegi campos: occiſorum vulnera patere. Cadauerum aceruos attolli: acies mutuà cæde ruere. Quàm ingens artuum trepidatio ab intuitu in mœnia ſolo çquata: domus exciſas: dirutam funditus vrbem? Terret mortis vbique ſilentium, feritque acerbiſſimè aures ſuperſtitum gemitus. Abſolutè quidem poteſt conflictus præcipi, deuaſtatio mandari. Verùm quoties poteſtati non licet? Tunc ſauciant Animum Ducis, & fœdant triumphum, re, iure belli, ſe ipſam ſecus habiturà.

Carolum Henricum aliena ſalus çquè, ac propria ſemper ſollicitauit. Miles ſummopere cordi fuit. Ideo diu victurus, quippe humani generis ſeruator, militari dignus imperio, quia imperauit. Regionum vetuit depopulationes, flammas, cineres. Summum Opificem ſequutus, qui non minus eminet, quòd conditor ſit, quàm ſeruator. Exercuit, quod ſibi tradidit generoſa indoles, excellens

B natu-

naturæ donum, quod Regali ſanguine fluit in poſteros. Vel in ipſo conflictu, ſi quando contigerit ex neceſſitate, vicit pietas. Se tueri natura docet. Tutelæ decus inculpabilitas, moderationis pulcherrima proles, omnibus placitura. Quæ in Orbe extant, ſanè ex Omnipotentiæ ſinu orta; hæc colenda mortalibus tradidit, & elaboranda. Delere prohibetur vis bellica, donec conditoris, gentium, bellique ius vrgeat.

Vbi Lotharingi Principis opus, ibi veſtigia clementiæ, per quam ſolam Dei ſeruatur imitatio. Caſtrenſem ſeruitutem paſſos diù non vexauit amiſſa libertas. Exutis ſpolia reſtituta. Culpæ conſcios ad bonam frugem reuocauit impunitas. Sæpe iuuit ad rectum tramitem recurſus deuios, qui declinauerant, ne poſthàc deficerent. Neminem, illęſo Reipublicæ decore, integrè deſeruit ſpes venię, ſi crimen hanc non exceſſerit. Iræ aſperitas nocet. Prodeſt publico, priuatoque indulgentia in medio ſita, ſeu quę ab extremis æqualiter receſſerit. Sacra iura

Peculiaris Principis Virtus clementia.

ab

ab alieno impetu tutari (quod quidem dixerim onus hæreditarium) parum ſibi videbatur, niſi ſæpe imitaretur. Eorum enim conſuetudo poſtulat, ſi nil vetet clementiam, & iuſtitiam oſculari, impios non tolli, ſed animaduerſione emendari.

Principes Lotharingi Eccleſiæ defenſores.

Ferocientes populos non tantùm arma, ſed & feritatem lenitate ponere coegit. Qui inſtabant exhibere moleſtiam, probatà manſuetudine victi deſtiterunt. Viribus clementiam quoque armari oportet, vt vel nolentibus proſit. Hæc ſapientiſſimè decernit. Hæc tutiſſimè dirigit. Hæc opus conficit glorioſum.

Oculorum, mentiſque aciem perſtringunt Laureati enſis ſplendor, clypeique fulgentes. Hoſtes terrent, fœdere coniunctos alliciunt, aduerſa tentoria obſcurant, illuſtrant vexilla ſequentes. Pluribus belli incommodis hinc inde iactatur. Multa tulit cum ingenti rerum incremento, at non modico valetudinis detrimento. Corporis vires, ſi quando conteruntur, in Viro forti augetur Animus. Neque infirmatur, ſed potens fit, qui

In cruribus, pedibuſq; aduerſa valetudo.

publicam ſibi prætulit incolumitatem. Hùc, etſi tritum, illud adagium. Caput imperat, non pedes. Videmus priuatorum hominum vitam tutam, ac facilem; Rempublicam autem adminiſtrantium periculoſam, & contentioſam. Hoc onus eorum, qui præferuntur.

Nemo, qui non conſpexerit præſtantius certamen. Beneficentia, & comitas de maioritate inter ſe contendunt. De Rege promeritis dona largiuntur, probatoſque viros ſemel cognitos honoribus afficiunt. Certant, & vtraque vincit, adeo vt nullius vota defatigauerint. Meritum autem vincitur à præmio, tempore, & menſurà, vt qui receperint, attentiùs inſeruiant Regi, promptioreſque in exequendo munere reddantur. Sibi humilitatem, & tenebras ſuas imputet iacens virtus, quæ non obtulit ſe probandam. Nulla maior in imperante victoria, quàm poſt ſubactos hoſtes, ſubditorum animos beneuolentià conciliare, ac beneficijs deuincire. Quod eſt Iridi aſſimilari, quæ, deuictà elementorum tempeſtate,

ſtate,

ſtate, curuatur in arcum, terram amplexura. Hilari circuitu Imperij ſedem ambit. Poſt fulmina, & tonitrua rutilat, cunctos benefico rore perfundit. *Apocalipſis 8. 10.*

Ne quid ſibi deeſſet præcipuum, ac neceſſarium, didicit quidem arma tractare, libram quoque iuſto rerum pondere æquare. Loquantur Tribunalia ad æquitatem compoſita. Non ſileat Virgo, quæ ſingulis pondera librat; ſterilis munerum amplexibus, quibus non nubet; at ęquati Animi dotibus fœcunda veluti margaritis. Equidem Aſtræam, trutinà Lotharingà auſpicante, quiſque expertus æquilibrium regere, in ſuis lancibus non aurum, ſed facta perpendere.

Procul abeant profani. Recedant dona ferentes. Nil iucundius, ac pretioſius, quàm Veritatis donum, vndecumque offeratur. Iuſtitia, quę ſemper hìc viguit, alijs potius nata, quàm ſibi, communitatem, & ſocietatem noſtram adiuuat. Quia ſilet aurum, loquitur Aſtræa, cuius vigorem ſub ęquo iudice nulla cupiditas infringit, ciuſque rectitudinem nihil *Principij integritas.*

obli-

obliquum inflectit. E regione iners eſt omnis copia, auro loquente. Diſertos oratores vacuos reddit. Excultos Cauſidicos facit inanes. Legum textus premit, rationum acumina, cæteris grauius metallum elidit. Hìc iuſtitiæ forma ſedet in ſolio: diademate coronata renidet, bonis felicitas, malis infortunium.

Siue militari, ſiue pacifico in conuentu certat ingenium, quod in numerato oſtenditur. In gerendis negotijs acumine armatur, ferit difficultatis apicem. Diſſita componit extrema, publicas opes, priuataſque fortunas in ſubiectorum prouentum. Singulorum Arcę Regium conſtituunt Ærarium, ideoque illæ ſi copià creſcunt, iſtud quoque augetur. Arduum opus, anceps alea, in qua fortuna exercet, quem aptat Imperio. Cogitat, & agit quæ iuſta ſunt; inſuper obſeruat, vt hæc quoque profutura ſint.

Vndenam oritur, quod res benè cadant? Ex ſolertia, quæ magis conducunt, inſpiciente. Ex quo procedit ciuium tranquillitas, & hoſtium timor? Ex ſollicitudine

dine capitis, quod cætera membra mouet ad corporis quietem cuſtodiendam. Vndenam Regni ſecuritas, animorumque conſtantia? Ex iuſtitia ſolium firmante. Ex mente iubentis finibus opportuniora ſeligente.

Comitiorum Achilles Prouinciæ redditus, vt publicum onus priuatis viribus æquetur. Mens dirigentis æquilibrata ſane Vniuerſi Intelligentia: Anima vniuerſalis, quæ numeroſè mouet Orbem, regitque. Sibi vna, cæteris multiplex vario munere perfuncta, atque motu excitata. Huiuſmodi æquilibrium vnicum Regni fundamentum, ſi prouentus, & elatio mutuò illud ſeruarent, cum hæc redditus ſæpe deuoret inſatiabilis hiatus. Vtilitati conſulatur, non voluntati, & inuitis bona præſtentur.

Narrem iuſtitiam? Reſplendet gloria Martis. *Claudi*
Armati referam vires? Plus egit inermis. *de 1. Con.*
Dei, Religionis cultus: gladius malefactorum vindex: bonorum defenſor, meriti præmium ſibi progenitorum viam aperiunt. A glorioſo tramite deflectere *ſul. Stilichonis.*

nequit

Digitized by Google

nequit, qui ductu naturæ, virtute duce, comite fortunà graditur. Difficilè non erit Atauis editum Regibus, eorum motus ſequi. Nulla ſiquidem excellens natura, quæ ad ſimilitudinem ſuorum, innato quodam impetu, ſe rapi non ſentiat. Quod ab exordio boni latentis extitit indicium, paulatim ſe ſe explicat, vt fructus, verno tempore, tectus in flore, inde palam erumpit.

1698. ſub Carolo 2. Itaque Hiſpanicus Conuentus, cuius ſortes Cœlum librat, Prouinciam regendam merito detulit. Sat experientià comprobatum delectum rerum pondera, æquà mentis lance collibrare; non tàm conſilio, quàm armorum vi Regna ſuſtinere.

Ad littora Italiæ Principem fauſtiſſima nauis expoſuit. Tanto Vectore gaudere videbatur. Nauigij mala vicit, qui mari, & ventis imperat, eorumque dirigit motus, quibus dedit in terris poteſtatem. *1698. 22. Maij.* Ticinenſem ingreditur Vrbem, Regum Sedem, armis, ac litteris claram. Ecce illico fertur ſpiritu ductus ad Sacratiſſi-

tiſſima Dominicæ Paſſionis Inſtrumenta, nimirum Spinas, quæ purpura tum coronati Capitis Sanguine Diadema ſtruxerunt. Verùm à ſummâ Spinarum veneratione ad Roſam, & Lilium, Matrem colendam ardor Animi eum tranſtulit. Præſtantiſſimus Cætus Immaculatæ Virgini dicatus, Regia in Vrbe, Orbi Chriſtiano relucet. Ardens Belcrediæ Familiæ ſtudium, quæ tum genere, tum Religione, Ticini Regij, clareſcit, in id incumbit, vt vigeat impenſius, exteris quoque futurus admirationi. A Carolo Secundo Hiſpaniarum Rege immortalibus faſtis conſecratur; propterea Sceptro, ac ſeipſo maior. *Die 23. Maij in Templo Maiori.*

Præclariſſimum Ordinem exornauit vnà cum religioſiſſima Coniuge. Vtriuſque ope Virginis cultus ſine labe conceptæ augetur, ſpectantium profectu. Ideo ipſis plurimùm quiſque debet. Clariùs enim percipit exemplo, Clariſſimum Conceptum ſummè colendum à mortalibus, qui Rei naſcuntur, tenebris digniores, quàm luce, vtpotè ſingulis profutu- *Anno 1698. Iulij; in Templo Seraphico.*

 rum,

rum, ad Deiparæ dignitatem euectum? Creuit itaque obſequium in eam, quæ vicit vna ſerpentem, vt victis remedium pareret. Extat Regià in Vrbe immortale monimentum.

Anna Eliſabetha, & Carolus Henricus, Ticini Regij, Immaculatam Virginem, vt myſticam Roſam e vepribus ortam, abſque vepribus admirantur, & venerantur. Hac eàdem in Vrbe cum Spinis florere Ieſum, abſque Spinis florere Mariam congratulantur. Maxima hæc immortalitatis pignora coronata, Redemptionem ſcilicet, & Conceptionem, duobus in Templis, Maiori, & Seraphico, vtramque Magnificam, & illibatam colunt: Vnanimi Gaudio: Obſequio: Exemplo. Auitæ Celſitudinis, Humilitatis, ac Pietatis Memores, Imitatores, & Conſortes. Pro auſpicijs ſui Regiminis Inſubrici Immaculatæ Conceptioni Deiparæ Carolus Henricus addicitur.

Præſtito cultu, Arcem, Armamentarium introſpexit, vultuque amabili, ac munificà manu militiam exhilarauit. Læto animo contemplatus arma erudito ordine diſtingui, nitore fulgere, adeò vt ſuaui terrore & hoſtem arceant, & alliciant

ciant oculos intuentium.

Quæsò publicum intueatur Athenæum à Carolo Magno Imperatore, Papiæ, excitatum. Magis eum afficiunt, quæ ſunt Regis, eiuſque Prouinciæ firmamentum, quàm ſuorum monimenta Maiorum. Heroicus moderationis effectus. Non inſpicitur nunc Lyceum Pontificià, Imperialique auctoritate litteris conſecratum, quamuis conditor ſit agnatione coniunctus. Perpenduntur, inuiſuntur ea, quæ ſeruant, dirigunt, moderantur Prouincias potentiſſimo Hiſpaniarum Regi vectigales, cuius vices egregiè ſuſtinet. Ex eodem Carolo Magno Gymnaſij excitatore (cuius meritum, & Animi magnitudinem Imperiale Diadema non potuit æquare) Carolus Henricus, & Ticinenſis Vniuerſitas originem ducunt. Vnus Regià agnatione deſcendit, altera proles eſt mentis Imperatoriæ. Ille ſanguinem traxit, hæc ſui ortum, ſeu inſtitutionem. Mutuam relationem, & quandam affinitatem habent.

An. Chr. 791. Carol. Mag. Ticinenſẽ Vniuerſit. origi inſtit. Riccol. Cron. ſelectum.

Publi-

Publica diſciplinarum domicilia tandem optatà præſentià gaudeant. Mihi videtur ſic effari. Literarum limina ſubeuntes manuducat Pietas, ad quam omnia vota collineent. Diſcendi ardor comitetur, & excitet. Publici profeſſores pro dignitate munus exerceant. Candidati ſollicitè proficiant. Hauriant ſapientiam, vt optimè viuere noſcant. Comparent facultates, vt cæteros erudiant. Id maxime addecet materno Eccleſiæ ſinu exceptos, atque Diuino lacte enutritos. Moribus, ac diſciplinis excultos ad Regimen Prouinciarum, ad Sacrorum adminiſtrationem vocant Hiſpanica Dominia tum veterem, tum nouum Orbem peruagantia. Imperialis mens hæc Inſtitutoris ſibi per Atauos cum genere relicta, nec non Catholici Regis, cuius iuris ſcientiarum Sedes.

Proœmiū de confirmat. inſtitutionum.

Sapientiæ cultores e diſſitis Mundi partibus confluunt, & publicas litterarum ædes aſſiduè adeunt lauream relaturi. Indè Regis Maieſtatem veneramur in terris, armis decoratam, & legibus armatam,

matam, vt vtrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè poſſit gubernari. Militant Imperio, qui gladijs, clypeis, ac thoracibus effulgent, patriam, parenteſque ſeruantes. Militant iuris profeſſores, quoniam calamo lapſa erigunt, defatigata reparant, laborantium ſpem, ac poſteros defendunt.

Eccè Metropolis Inſubriæ Regina, moræ impatiens, finibus egreſſa, Ticinum petit. Supremum ſui Rectorem inuiſere cupit, eique obſequi. Grauis Togaum decor. Equitum ſplendor. Armorum fulgor comitantur (ratiocinari licet) diuinitùs miſſum. Sub oculis hominum cœleſtia nòn cadunt. Craſſa ſiquidem, & caligans ſpecies ſimplicem, & inconcretam ſubſtantiam percipere nequit; minus autem poteſt, quod decernit. Conſpectu abeſt, Ticinenſes, qui vos in tranſitu excitauit, erexit, exhilarauit. Contemplati paternarum traditionum æmulatorem. Mirati Lotharingam vetuſtatem geſtis clariſſimam, quam de recenti, repetitis actionibus, Princeps nobis aperit.

Quem

Quem conſpexiſtis, feſtiua Mediolani Sedes excipit.

1698. Maij. Poſt longum iter terrà, marique confectum, poſt diuturnos motus in centro quieſcit. Quale rerum agendarum futurum ſit initium, facilè conijcitur. Chriſtianæ integritatis præcedunt argumenta. Implorato ſuperum auxilio, ſine quo nihil boni efficitur in hac vita, Prouinciam ſibi demandatam aggreditur, fortiter, ſuauiterque vſque ad finem acturus. Itaque Deiparæ ope, cui ſeipſum, regendique onus dicauit, regionem malis vexatam, quorum radix Originale, redimere ſtudet.

Charitas, Religio, Pietas in Sacra Templa, in munere ſacerdotali fulgentes, Hiſpanos ſplendidè illuſtrant. Igitur præ cæteris altius inſedit animo Diuini Numinis cultus, quem Litteræ primo loco acritèr decernunt. Optant Templa non plena negotijs, ſed votis. Vetant quælibet vel minima illicita adeò integritati noxia. Quid enim ſceleſtius, quàm interitus innocentiæ Sacris in Ædibus eiuſ-

dem

dem Aſylis? Quid damnabilius, quàm penès Altaria iactura candoris illius,quo nil pulchrius in mortalibus? Diſtrictius prouiſum, ne inter Aras, eodemque loci, quem Deus tàm præſens inſedit, quàm Cœlum, ac Sydera, periclitetur intemerata pudicitia; *Flos morum, honor corporum, decor ſexuum, ſanctitatis fundamentum.*

Tertullian. lib. de pudicitia.

Vt Chriſtianam Religionem Godefridus extenderet, dominium temporale perſtrinxit. Principatum vertit in militum ſtipendia, quibus ereptum e Barbarorum poteſtate Saluatoris monumentum. Sacram reſtituit rem, non cunctando, ſed celeritèr agendo. Carolus Henricus tantum victorem æmulatus, vigilias, ſollicitudinem, auctoritatem, ac ſeipſum totum Sacris Locis impendit. Ea ab impietate, emanatis decretis, incunctanter exèmit, vt cultus vigeat. Videtur itaque Diuinitatis Sacrarium, veluti noſtri Reparatoris tumulum, à nequiſſimis hominibus, Barbaris fortaſsè peioribus, eripuiſſe.

D. Bern. lib.9. c.8. Apud Paulum Æmilium lib. 5.

Honorificum quidem, onuſque à natura decretum, iniurias à Parentibus, qui

Mundo

Mundo gignunt, repellere. Honorificentius autem, & arctius debitum cum Diuina Inſtitutione contractum, naturam longius excedente, Matrem Cœlo pariturам à conuitijs tueri. Id illis præſertim incumbit, qui, Deo Regna largiente, viribus pollent, cæteris altius euecti, vt inferiores gradus exemplo, metuque coerceant, erudiantque, ne à Religione declinent.

Quidni bonum regimen quiſque auſpicetur, quod ritè, ac prouidenter à precationibus, à Dei immortalis honore, ac Deiparæ cultu initium cæpit? Hoc eſt Aulæ Catholicæ morem gerere. Vndenam Caroli Magni, à quo Genus ſuum, creuit magnitudo? Nil aggreſſus, niſi Templum prius ingreſſus Numen ſibi propitium precaretur. Penès Aras bellorum, ac fœderum initia, vt fortunatè deſinerent. Quot prælia, tot palmæ, quæ Deo obſequebantur. Hoſtium namque ſpolia Sacras Ædes, ac inopum nuditatem operiebant. Armis decertabat miles, ſinguli precibus. Itaque Carolus Henri-

Henricus Imperator ijs inhærens veſtigijs Diuina religioſè præmiſit, vt felicius humana ſubſequantur.

Nemo ambigit, quin benè ſentientes Viri, quæ pijſſimum Moderatorem valdè velle putent, in ijs ipſum cupiditate vincant: vota ſua ad publicam ſalutem, vt ad ſcopum directa, opere præueniant. Tota mente, omnique Animi impetu in Prouinciam fidei, tutelæque commiſſam incumbit. Quantùm viribus enititur, conſilio prouidet, omne vertit in ſubſidium populorum, & noſtræ Religionis augmentum. Integros, pioſque fouet in pectore ſenſus, perpetuum profeſſus, aut contra hoſtes, aut contrà vitia certamen.

Irruperat legum aggerem gens perdita: effręnis: pręcepſque, veluti elatus torrens, qui alueum exceſſerit, & ripis ſuperfunditur. Doluit ius humanum nimiùm perturbari. Inter nos cognationem quandam natura conſtituit. Nefas eſt hominem homini inſidiari, quo nil frequentius, nil inhumanius. Proh pudor; in Brutis maior legis obſeruantia, minor- *Anno 1697. in Inſubria.*

D que

que feritas, quamùis illa ad irrationalia non ſpectet. Quin collatione facta, ijs quædam ineſſe videtur humanitas, nulla

Anno 1698. 1699. vndique graſſatores viarum.

prorſus ſæuientibus Rationalibus. Proh ſcelus. Iter periculi plenum; vbique graſſatores viarum. Alter alteri necem minatur. Nemo tutus ab aggreſſore; continuæ circumuentiones. Die, noctèque furum irruptiones, adeò vt vel ipſos Lares adorirentur.

1698. 16. Ianuar. Papia Fures inuadunt noctu Moniales S. Christ. ſurrepūt nūmos mīnaciter. In varijs Mediol. Templis vaſa Sacra ſurrepta.

Quod ſceleſtiùs, eò deuenit impudentia, vt ius Diuinum læſerit. Sacra peruaſit, ſurripuit. Septa Virginum non erubuit infringere. Neque Chriſti candidiorem portionem reuerita nummis inhiando. Huiuſmodi infortunium quandoquè pro temporum viciſſitudine, ſingulis terris accidit. Neſcio, quo maiori impetu ad malum iam procliue, identidem ruat in præceps Genus Humanum. Bellum quoque, quod diu exarſit, peperit hoc malum, quoniam ad tempus vis

1695. Bellum in Sabaudiâ

armorum quoquomodo ius commune infirmat.

Quæ inordinatè contingunt, de remedio

dio opportuno ſollicitum valdè excruciant. Egerunt pro viribus ſuprema Regiminis Capita, vt auerterent, qui iuſtitiam labefactarent. Diuinæ legis, & humanæ tranſgreſſores perſequebantur. Sed quis vnquam totam potuit perimere impietatem? Iura quidem perſuadent, vt omnes, ſi fieri poſſit, ſçuiſſimi e medio tollantur hoſtes publicæ felicitatis. In quo malis non minùs conſulitur, quàm bonis; hi namque à periculo eximuntur, illi à ſcelere. Reliquum vagantis, atque graſſantis vulgi vigilantiſſimo Rectoris optimi ſucceſſori reſeruatum, vt euellat. Nemo radicitùs id conſequutus, quoniam futura ſunt vitia, donec homines. Ad minùs ne latius ſerpat. Et ſanè Furum copiâ Regio penè tota mergebatur. Huiuſmodi raptus torrentem Regia auctoritas, Capite vrgente, coercuit. *Frequentia latrocinium. Non rarum homicidium.*

Plerique, quos vexatio à publicâ poteſtate erudierat, fortaſsè ſatis edocti, ſolutique minimè Fiſcum bis prouocarent. Plerique in peius ruerent. Fortius ſceleribus frænum pœnæ timor, quàm

 hone-

honeſtatis amor, ideò animaduerſionis exemplum quandoque neceſſarium. *Fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu.* Non ſecus iuſtæ magnarum poteſtatum vindicationes *terreant latiùs, quàm noceant.*

Seneca.

Natura, cuius opus intelligentiæ, ab ordine Vniuerſi noxia ſubtrahit, vt ſeruetur, nec deficit in neceſſarijs. Quod docet rerum Vniuerſitas, quæ Legum Baſis eſt, exequitur Princeps. Pro defenſa Vniuerſi Regni illa armatur; pro tranquillitate, quæ nocent, coercet, euellit. Inſontibus germinat flores, nocentibus tribulos. Nil firmius Naturæ experimento pro bono, claroque Regimine. In eius ſinu Conditor operatur, iuſque in ſingulis conſtituit.

Quid prodeſt leges ſanctiſſimas fuiſſe digeſtas à Viris clariſſimis Pontificià, Imperialique auctoritate fretis, ſi quotidie improbitas euertere contendit? Quid intereſt Reipublicæ alimentum eſſe, ſi pereunte obſeruantià, non tranſeunt in ſubſtantiam aliti? Nonne corporis deſperanda ſalus, quod non alitur? Hinc

ſibi

ſibi perſuaſum, vindicandis ſceleribus publicam ſtare ſalutem. Iure violato, liquet ſingulos periclitari: fractis legibus fortunas euerti: auctoritate in omnibus timendam pauere. Itaque eius ſollicitudo, vt; *quoniam vitiorum emendatricem, commendatricemque virtutum legem eſſe oportet, ab eà viuendi doctrina ducatur.* *Latina Eloquentia Parens.*

Vmbratilis Dei Imago quælibet Creatura; minus obſcura Rationalis; clara verò, qui locum tenet in principatu, in quo illius opera imitatus ſuprà cætum hominum erigitur. Ritè ſemper agendo, lucida primi mouentis cernitur ſimilitudo. Omnia ſapienter decernit. Rationem publicæ, nedum priuatæ vtilitatis habet. Bonum commune, quemadmodum ſummus Opifex, amplectitur, conſtanter propugnaturus. Excitat Diuini Numinis honorem. Auget Religionis tutamen. Tuetur Regis decus. Suſtinet pondus armorum. Magiſtratus illuſtrat. Iura coronat. Allicit quemque, militem ſtrenuum donis, populum annonà, cęteros ſatagentes præmio meritis ęquando.

Cen-

Centrum, ad quod, vt lineæ, feruntur cogitationes. Hanc veritatem acta probant: communis ſenſus conteſtatur: finitimæ gentes palàm faciunt. Omnia vidimus in numero, pondere, ac menſurà. Sic ſupremus Motor ſuperiora, & inferiora numeroſè condidit, ac moderatur.

Inter gladios, clypeoſque enutritus non deſijt miteſcere. Nullus fronti irrepſit horror ferro ingenitus, neque irriguit inclementia formæ. Armorum aſperitas nec leuiter quidem adèmit morum ſuauitatem, læſitque velut rubigo vultus nitorem.

Nil ſublimius lenitate erga eos, qui parere tenentur. Nil excelſius manſuetudine in ſubiectos, quorum ſeruitute grauior eſt contemptus. Nil altiùs humanitate, quæ, quolibet glorioſiùs Imperio, regnantem conſtituit.

Qui fortunæ nitore clareſcit, ferè ſemper mentis caligine offunditur. Si abundat felicitate, non indiget ſui æſtimatione. Eorum ſiquidem, quos ſors extulit, indiſcreta, pediſſequa præſumptio eſt,

veluti

veluti corporis vmbra. Nunc autem ex diametro oppoſitum, & quidem ſingularitate excellit. Facilè quæritur. Difficilè inuenitur. Difficultatem tollit Carolus Henricus, in quo nihil quidquam magnum, niſi quod ſimul & æquum, & placidum. Eminet cæteris, nec dedignatur familiaritatis officia. Imò tunc maximè ſublimis, cùm ad humanitatem deſcendit. Pro rerum exigentia leniter mixtus inferioribus, incorrupto ſupremi Ducis honore.

Moderationis incrementum egreſſus in publicum ſæpè ſine Aulico comitatu, ſine militari apparatu. Quies, & tranquillitas exeuntem comitantur. Auditur tantùm, neſcio, quidam ſtrepitus admirantium, & curſitantis populi ad id ſolemne, in quo nulla pompæ ſolemnitas, neque conſuetus de more ſequentium ordo.

Bonus Princeps militari cuſtodià non indiget, tutior publici amoris excubijs. Cum autem dilectione vincamur, nos quidem ſecuriores. Non liquet adhuc, ſitne

ſit ne præcipuum amoris opus, nimirum dilecti tutamen, iubentis maius, an parentis. Dubius officioſi certaminis exitus. Frontis amœnitas: hilaris intuitus: oris iucunditas animos conciliant, obſequium comparant. Perſpicuum ſanè quemlibet, *ſi quò naturâ ſublimior ſit, eò humaniorem ſe præbuerit inferioribus, cariſſimum populo futurum.* Metus, & terror parùm tuta dilectionis præſidia; ſtatimàc abierint, illorum vices odium ſubit. *Sunt enim infirma vincula charitatis, quæ vbi remoueris, qui timere deſierint, odiſſe incipiunt.* Metuant improbi, non diligere probi nequeunt, quorum amor ex illorum timore augetur.

Nicephorus lib. 6. Hiſtor.

Tacitus.

Facilis acceſſus, promiſcuus aditus. Non fortuna, non inopia, aut ętas quempiam excludit. Corda excitantur: animi eriguntur. Quid iucundiùs ijs, qui reguntur, eſſe poteſt, quàm aures illius, qui ſolium tenet, ijſdem patere? Sermone affabilis, æquis deſiderijs propenſus, iniquis cupiditatibus alienus.

Numquam Principes publicæ felici-

tatis

tatis plenum ſortiuntur effectum, quippe ab Aulicis imminutum. Sanè reditus in Vrbis limine vectigal ſoluit, auctoritate ſancitum. At ſecretior cubiculi cuſtodia, remotiores excubiæ onerant adeuntes, quibus pretium penetralia recludit. Immunis emitur ingreſſus. Vrgeat iuſſio, vt ſingulis æquè pateat acceſſus. Facilem diuites, difficilem experiuntur egeni. Quod ſtimulus ad miſerorum leuamen eſſe debet, ponderis inopià fortè grauioris incrementum eſt. *Vndè faciliùs iura prodire debent, & propenſio emanare, naſcuntur iniuriæ, repulſus erumpit.* *L. meminerint C. undè vi.*

Ecce fores officioſa aperit humanitas: aditum exornat peruigilum lenitas. Lætus omnium aduentus, & reditus. Expediuntur: nemo fatigatus dolet. Egrediatur Princeps: pergit comitate ſtipatus. Proiectorum minimus accedat; latoribus moram iubet. Excipit, audit, atque ſolatur. Exercet, quod Carolus Magnus Imperator, à quo Regalis eius origo, poſteris tradidit. Solemne fuit

iura poſcentibus, ſingulos menſes, decretis diebus, ſæpius faciles, & liberos aditus pandere. Cuipiam licitum Imperiali accedere lateri, & querelas aperire. Implet etiam, quod Regio ſublimius diademate Ludouicus Galliarum Rex, qui ſeipſo Cælitum faſtos auxit, Philippo Hæredi impreſſit. *Diligenter auſculta pauperum querimonias, & ſatage, vt veritatem intelligas*. Id ad ſolium euectis intereſt. Plura aperiuntur Regno profutura. Vbi humanitatis ſedes, ibi frequentia. Vbi fera limina, ibi ſolitudinis horror.

Surius in vitaſſuis, & alij.

Iterum Stemma gentilitium ſilentium indixit. Itaque ſilebo. Cæteri autem dicturi. Audio iuris profeſſores, qui publica negotia gerunt, quorum domus oracula Ciuitatum, plura fateri. Bonum amplectitur, & æquum. Quod iuſtum eſt, exequitur. Mitiùs, quantùm lex patitur, agit. Leges adimplet, vt cæteri obſeruent. Maleagentium infortunijs triſtatur: benemerentium præmio gaudet. Dignus Imperio, antequam imperaret. Sanctiſſima iuris præcepta ſummè

mè reueretur, quibus quiſque tenetur honeſtè viuere, alterum non lædere, & vnicuique ſuum tribuere. Melius enim eſt Fiſcum otiari, quam delictis Rempublicam agitari. *Inſtitut. lib. 1. §. 3.*

Grauiſſimus Patrum Ordo, primus omnium Conuentus; ſalutis, mentiſque publicæ Princeps, quæ rectè fiunt, ſublimi aſſerit aſſenſu. Velut Cœlum ſuperius mouet inferiora, datque cuncta moueri ſub ditione contenta. Sicuti condit leges, ac tuetur, ita iuſtà animi exultatione, vt Deus primus legum Conditor, & Conſeruator, probat æquam ſupremi Capitis mentem ritè influentis. Hac ratione Catholici Regis Maieſtas integrè fulget. Demum vniuerſa vox erupit. Delatis Prouincijs magnus: adminiſtratis maior.

Quæ ſecum traxit ab ortu, nutrit animo, & exequitur, ſingulis, qui pręſident, perſuadet. Præſtet clementia iuſtitiæ. Exultet pietas, itaut in eius ſinu iura geſtiant. Iudex ſtateram geſtet, in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam. Per *Cap. Omnis 10. diſt. 45.*

 illam

Cap. Diſciplina 9. aſſ. 45.

illam reddat peccanti ſententiam, per hanc eidem pœnam temperet, itaut ad inuicem commendentur. Diſciplinæ vigor manſuetudinem regat, at vigorem ornet manſuetudo.

Vota ratio dirigat, iubeatque legum maieſtas. Auctoritas poſtulat integritatem, exigit ſapientiam. Noſtræ poteſtatis cœleſtis origo. Dei iudicium præſtamus, conficimus, exequimur. Hæc Catholicus Zelus.

An. Chr. 800. Car. Mag. iurauit ſe Eccleſiæ Protectorem fore Brietius.

Hic non ſiſtit, metas non recipit. Quodnam præcipuum eius votum? Eccleſiæ decus, cuius defenſio auitus contractus. Vix editos, ſublatoſque nos in ſinu ſuo excipit. Præſules Sacrorum Iurium depoſitarij honore afficiantur.

An. Chr. 806. Teſtamentũ condit, & natis, ac ſucceſ. Eccleſ. ardenter cõmendat. Brietius.

Canonum poteſtas, quolibet obtentu, non infringenda. Malè publico Bono à dominandi cupiditate conſultum, cum omnia ſuſque, deque iactet. Natura regendi magiſtra aperuit in cunctis diſciplinam. Rebus præſcripſit agendi, creſcendique modos. Finibus, & initijs ſingula diſtinxit. Si alterutrum vltra impel-

leret,

leret, ornatum in diſcriminatà rerum ſerie continuò deleret, læderetque ſui pulcherrimum, pacem videlicet, ordinemque. Mare ripas, & littus non tranſilit. Non vltra ſpheras ſtellæ feruntur. Non excedit aer ſuas regiones. Iuris etiam confinia obſeruanda, ſecus confuſio, & decoris iactura. Nil Reipublicæ perniciofius, quàm Iurium, Sacri, ac profani diſſidium. Quælibet poteſtas diù viget, quæ ſuà ſorte contenta per alienam non diuagatur. Sic Regium Solium confirmatur, ſolidatur.

Gallicæ gloriæ culmen attollitur. Quid excelſius, quàm Cœli Sedem in terris ſitam, ideoque exagitatam acerrimè defendere? Ampliſſimis redditibus firmare? Summum, atque Capitale Decus Orbis Caput iuſtè tueri, eique obſequium præſtare. Primo aduerſantes ſolio, in quo Dei vices gerens ſedet, Longobardos in Italià, cæteroſque longinquioribus in Regionibus florentiſſimæ acies contriuère. Terrà, marique Gallicum robur Diuinos, & humanos cumu-

An. Chr. 755. Pipinus Pater.

796.800. Carol. Mag. Filius.

An. Chr. 774. Carol. Mag. Deſideriũ Italiæ Regẽ Eccleſiæ perſecutorẽ Pa-

lauit

Papia captum in Galliam ducit. lauit triumphos. Lilijs æquè, ac lauris Caſtra floruerunt, vt barbaræ gentes in eorum conſpectu ſilerent.

Præcipit pupillorum defenſionem. Horum innocentiam diligit Cœlum. Eorum candor metuendus deſertoribus. Siue diues, magno comitante apparatu, ſiue pauper ſua tantummodò ſolitudine ſtipatus, ęquè audiendus. Abſint venale iudicis velum: ingreſſus redempti: viſio ipſa pręſidum cum pretio.

Mandat eliminandos iuris pręſtigiatores, qui nummulis acceptis, lites fouent. Sanè noxia nimis eorum impunitas. Iurgia enutriunt, Clientes macerant, neque tamen ipſi pingueſcunt, iure plus offerenti oblato. Iudicum malè parta malè dilabuntur. Decernit pro publica incolumitate ſeruari Ærarium. Magis augetur ſumptus imminutione, quàm oneris augmento. Omnibus in rebus libretur pondus ad iuſtitiam, ſitque onerum, ac virium concordia, ad Imperij conſeruationem neceſſaria; veluti elementorum proportio ad mundi compagem. Æs publicum,

blicum, & mœnia Ciuitatis ſancta publicæ ſaluti neceſſaria, ideòque integrè ſeruanda. Quò maius illud, eò minus formidinis ab hoſte, quem copia terret, cum nouerit auro acies conſtrui. Nonniſi neceſſitas ſit ęqua ſumptus menſura. Prouincię diſcrimen tantummodò (quod Deus auertat) arcam exoneret, quoniam Patriæ incolumitati æs quoque priuatum debetur.

Demùm militiæ canones diſtrictè iubet adimpleri. Peruigil imminet Inſpector. Quæ contingunt, ſilentio voluit, perpendit. Linguæ officium lumina perſoluunt. Monitis efficacior inſpicientis taciturnitas. Cenſura, iudicium, diſtrictio inopinatè deficientem ſequuntur. Quod quidem tacitum vigilantiæ genus Caſtris neceſſarium, ne diſſoluantur.

Hac vigilantia victorias ſæpè parit.

Liceat ſigna ſequentibus arma tractare, non tamen ſibi ipſis militare, ſed Regi. Quid peiùs, quàm ferro abuti, & cupiditatem armare? Idem, ac Regnum vexare: occultè ſaltem hoſtes ſe gerere. Gladij, clypei, & omnis armatura fortium

data

data ſunt pro ciuium tutela,non concuſ-ſione. Nil armorum vi extorquendum. Gregarius miles ſtipendijs alliciendus, ne deſertorem futurum neceſſitas cogat. Ager, qui non reſpondet impendijs, ex neceſſitate deſeritur. Subitus, ſeù recens diſciplinà excolendus; veteranus, bellique expers muneribus fouendus, excitanduſque.

Hæc ad pondus iuſtitiæ libramenta edidit, & expreſſit. Tutam regendi viam aperuit. Aduerſam iniquè prementibus anfráctus obiecit, vt declinent, ſibique conſulant.

Nobis viuæ vocis oraculo, ac typis iubes optimo digna Principe. Poſteritati imperabis exemplo, dignus, qui ſæculorum ambitu coroneris. Mortalium conditio ferè omnes præclara mirari, paucos imitari. Seipſos defectionis arguant, qui non profecerint, quoniam nemini defuit exemplar. Optat alijs viuere, non ſibi, adeout vita, quæ neceſſitati debetur, recentibus,ac poſteris potiùs donata,quàm reſeruata naturæ videatur. Omnibus, & ſingu-

ſingulis nedum præſentibus, ſed etiam futuris prodeſſe ſtudet.

Omnium vita breuis, annique præcipites, quorum longam ſeriem Cœlum ipſum integrè eius partes in terris agenti debere videtur. Summi Viri eſt, quouis tempore, Bono publico præſtare, etiam cum deceſſerit, immortalibus virtutum monimentis, quibus nulla maior hæreditas ſubiectis contingit. Viuit adhuc in illis, inuidiæ, ac temporis victor. Imperant ipſæ ſolio dignæ, numquam interituræ. Iubent agenda, ac prohibent vitanda, quemadmodum ille viuus per leges Sacratiſſimas decreuerat, atque ſeipſo confirmarat. Quid prodeſt diù imperare, & tempori non dominari, in quod ſola Animi ſeipſum, cæteroſque optimè dirigentis rectitudo imperium exercet?

Summa Principũ felicitas.

Principem naſci arbitrij non eſt. Regijs Natalibus ornatos probari, ac meruiſſe noſtrum eſt, & cenſus præcellentis operis numquam periturus. Regia Cunabula Principem excepère. Quod ſublime Natura impertita eſt, altiori volun-

 tatis

tatis imperio actus principatu dignos elicientis ipſe exornauit, quibus inferius vel excelſum dominium, tum finis præſtantià, tum duratione.

Imperij vita Capitis vigilantia: ſopor interitus. Vbi viget, ibi tranquilla rerum facies, minorque clamor. Vrbem opes non expoſcunt. Milites ſtipendia non flagitant. Non eſt adeò frequens populi recurſus. Locorum rectoribus, inferioribus Militiæ Ducibus ex vertice dignitatis ſpeculator adſtat deſuper. Hæc acta iuſtitiæ à peruigili mente orta. Ad ea tenetur quicumque regit. Inferior gradus facilè premitur à ſuperiori. Imperantis ſolertia timetur. Tollit violentiam metus, ſine quo rara æquitas, indecoraque, vtpote vili timore, non pretio ſui parta. Paucos excipias, qui oderunt peccare virtutis amore, reliqui formidine pœnæ.

Principis vigilantia Regni firmitas.

Pars muneris fortaſse potior impletur. Quod ſub aſpectu exercetur, iubetur alibi exerceri. Et hoc parum videtur. Iuſſionem mens comitatur, & vrget. Com-

pertum

pertum enim non ſemel mandata negligi, iudicum defectu. Plerique tantummodo Superiorum præſentiam veriti, ſupra munus audent, illis longè abſentibus.

Docet explorandum ſæpe, quomodo ſe gerant. Frequens ſcrutinium ſolidum Regni fundamentum, ne ſerius Cato in Clodium diſſoluatur. Tutior via diſcernendi viros publica, ſeu cuiuſque fama. *Singuli enim decipere, & decipi poſſunt; nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.* Delecti iudices quamquam ab exordio fortaſse probi, arbitrij viciſſitudinibus ſubiacentes, praui ſæpe fiunt. Quoties aureum initium, æreum medium, luteus finis? *Rebus cunctis ineſt veluti quidam orbis, & quemadmodum temporum vices, ita & morum vertuntur.* Cupiunt altiora, quæ, cum maleaudiant, conſequi nequeunt. Proinde ſtudioſa quædam, & ſuauis violentia ad probitatem impellit parum duraturam; ſpeſque futuri gradus prauos motus premit. Vel optimos ſecunda mutant. Innato pondere, in deterius, viſo, proba-

Cato morum cenſor.
Clodius vità diſſolutus.
Plin. in pan.
Tacitus.

toque meliori, ferri ſentimus. Congerendi commodum vel auream indolem vexat, prouocat, ac ſæpe vincit. Subiectis paleis, faciliùs cupiditas accenditur. Proſperitas ambitum fouet. Ex quo ſequitur muneris, ac gentium læſio. Et ecce radix omnium malorum, quæ per imperia ſerpunt.

Burgundia motus ſedat. Vbi ad clauum ſedit, etiamſi tempeſtas vrgeret, ibi ſolertiſſimus præfata Regnorum naufragia auertit, ac tranquillitatem induxit. Oſtendit ex ſolio, quod clarus ſceptro, at ſanctitate clarior, Ludouicus Rex Galliæ decus, Chriſtianæ humilitatis gloriâ, quàm Regiæ Dignitatis culmine ſublimior, Philippo ſucceſſori reliquit. *Surius in vita illius, & alij.* *Non tibi ſufficiat elegiſſe in Iudices meliores Regni Viros, ſed inſuper ijs inuigila, & inueſtiga, quâ ratione officio ſuo fungantur.* Sàt orbi prouiſum latis à Iuſtiniano Imperatore legibus. Non ſatis autem, ſi delecti iudices ab illis deficiant, quorum intereſt alienę defectionis diſtrictio. Non facilè hoc monſtrum in natura, quando animata Lex ducit excubias

ſuper

ſuper motus munere fungentium. Iuſtitiæ deſertor ab ea deſeritur, deſenſor iuribus dicendis præficitur. Principis ſollicitudo agit, vt qui iura dicunt, Sacratiſſimas Conſtitutiones illuſtrent opere clariùs, quàm interpres commentario. Proficuum ſingulis regimen ab intuitu *Sedentis in ſolio, qui omnia mala diſſipat*. Solis adinſtar vmbras diſcutit, humanæ malitiæ Chaos deſtruit. Lotharingæ vigilantiæ laus frequens in arma, togas, & in quodlibet muneris genus, trutina, quæ libratum ſuſtinet imperium, ſecus caſurum. *Prouerbior. cap. 20.*

Multa quidem laudabilia de Carolo Henrico abſente audiuimus abſentes, ſed audiuimus. Famæ tantùm credidimus, ac rumoribus magna enunciantibus. Sed credidimus. Præſtitimus aures voci vniuerſæ, quæ alibi præſtantiſſimè gerebat, referenti. Sed aures prę̨ſtitimus. Vnde tunc ſolùm implebatur auditus. Tandem quæ olim remota, cùm multitudine, tum magnitudine ſolabantur aures, noſtris præſentia ſpectamus oculis,

iudi-

iudicio noſtro comprobamus. Imò multò plura, multò maiora felici experientià intuemur. Quamquam nondum Princeps pateret oculis, certitudo tamen mentium, non coniectura aſſerebat, quæ nunc experimur. Conciliata apud exteras gentes reuerentia, vnà cum animorum propenſione, ſuadet, cogitque, vt e longinquo ſtudia in eum conferant, ac ſi pręſentes. Nos, qui optatà pręſentià fruimur, quo honore, quo obſequio proſequemur?

Spectatiſſimum Regiminis Speculum tam vetus, quàm recens clariùs nitebit ex aduerſo. Oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescunt. Album lucidius cum nigro collatum. Dies clarior nocti aſſimilata. Humanitas crudelitati comparata ſuauior. Neque rerum collatio quid ſui deperdit, etſi extrema tempore diſtent non ſolùm naturà longè diſſideant.

Sæcula quædam ſæuiſſima, vt imperaret ſola regnandi libido. Coronata feritatis monſtra fremebant ore cruento. Quod omnibus eſt terrori futurum, nemo,

nemo, qui Deum vltorem non ſenſerit. Summa Bonitas ſingulis malis oppoſita, ijs præcipuè, qui maleregunt, & poteſtate deſuper data abutuntur, cum ratione gradus, grauiùs deficiant, & ab illà longiùs abſint. Acrior animaduerſio in potentes, quorum acta contraria rationi aliud ſentienti. Plerique, Cœlo tonante, fulmina metuentes, inferiora domus ſcrutabantur. Stimulus interior torquet, angit, cruciat. *Liuius.* *Suetonius.*

Arguuntur Cæſares non pauci, florente Vrbis Imperio, Clariſſimis Viris, iuribuſque infenſi. Tunc non deliquiſſe vnicum ſcelus innocentium. Locupletabant Fiſcum nullo onere contracto. Inuidum in Optimates, ſi digna memoratu ederent, commentarium. Calumniæ, mendacia læto animo accepta, crimine falſi impictis impunè ſe habentibus. Perditis hominibus ſors felicior, ambigua tamen, vtpote à prauà voluntate. Rectitudinis ornamentum in terris frequens, cum benefecerit, maleaudire. *Tac. Liuius Suetonius.*

Abſolutus dominus in feritatem præ-

ceps

ceps magis nocet, quàm plurium conuentus. Vnius enim ſiqua ferocitas lenitur alterius manſuetudine. Feruentis impetus aliena cunctatione coercetur. Ex contrarijs coaleſcit mixtum optimum publicæ ſaluti profuturum. Sæuitum vel in Patres ſenſim poteſtate exutos. Latum perijt imperium, quod iniquitas Capitum preſſit, læſitque. Nocuit iudicum impietas, annuentium prementibus, metu, vel priuato commodo, quod ſępe bono publico pręfertur, vota ferente.

Sæuitiem hominum nexus Diuinitatis cum humanitate lenire cæpit. Ipſa Saluatoris incunabula pluribus clementiæ ſignis emicuere. Tellus erupit in flores, quibus hiemis aſperitas conſperſa viſa eſt. Cœli melliflui facti ſunt. Pacem cœleſtes Nuncij cecinère. Oleum extemplo emanauit humanitatis ſymbolum, quo Reges peruncti. Sapientia Patris aduentu ſuo manſuetudinis gymnaſium aperuit. Suauiſſimos regendi canones viſibiliter tradidit. Non defuere, qui didicerint, & exercuerint, præſertim ſacro flumine

mine denuo geniti. Principes Lotharingi apicem attigere. Noſter nulli ſecundus, quia par omnibus. Ferrea ſæcula aureis inuident. Ad id maximè conduxit optima eorum indoles, qui Regum identidem ſubiere vices; humanæ ſalutis Reparatorem ſequuti. Inclytus ordo recentis Moderatoris acceſſu illuſtratur, Auguſto ſanguine florentis.

Totus eſt, vt leges imperent, non ambitus, non auaritia. Vt Ratio dominetur, non ſenſus. Codex præualeat, non cauillatio. Nullus innocentium timor. Pauidi tantummodo facinoroſi. Pudor ſine metu. Tuta domicilia. Ædes immunes. Diuitiæ domeſtico ſolo natæ non criminales. Virtus impauida, ſecura; vitium ſuſque deque iactatum. Egregios Viros faſces, & curules exornant. Quidquid meditatur, & cogitat, ad vſum, munuſque iuſtitiæ tendit. Numquam excelſior dignitas, quàm cum ſe publico ſubmittit officio. Eò altior, quò pronior, faciliorque in quemque inclinatur. Munus benè geſtum cæteris eminentius faſtigium.

Tantò maius, quantò dignior operatio. Eò felicius, quò rectiùs agitur.

Nos toties ex alijs proficimus, & ex Nobis alij, quoties animos ferit æmula virtus. Atauos æmulatione in lucem reuocauit. Probatiſſimæ actiones clariùs, quàm pictorum tabulæ exprimunt. Nil intereſt vetuſto ſanguine cenſeri, pictos oſtendere vultus, æreas proferre figuras. Geſtis animatos nobis obijcit, ſculptos oculis exhibet ſpiritu ſuo plenos, viuumque illorum ſimulacrum conſpicitur. Neque liquet, an ipſi in Carolo Henrico reuiuiſcant, an ipſe viuat in illis. Tanta in proneporem formæ ſimilitudo tranſiuit, vt actus apparere videantur. Eadem actionis grauitas, & lenitas, Idem, quem in eo colimus, operationum aſpectus. In oculis non diſſimilis vigilantia, neque in ore diuerſum oraculum. Eadem frontis ſerenitas, animi tranquillitas. Index mentis eiuſdem æqua deliberatio. Teſtis ſermo eiuſdem iuſtitiæ. In omnibus, cum Reipublicæ, non ſibi præſtiterit, concolor Maioribus imago.

Sed

Sed auitæ pietatis effigiem intus latentem, hoc eſt, domeſticos intra parietes ſpectemus. Principum ædes, cubicula ipſa, intimoſque receſſus fama recludit.

Nam lux altiſſima fati
Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & obſtruſos explorat fama receſſus.

Claudi. de 4. Cõſulatu Honorij.

Conſtat, quàm rectè familiam inſtituerit. *Splendidum Aulæ ornamentum aptas dignitatibus perſonas eligere, quia de claritate ſeruientium creſcit fama dominorum.* Morum elegantia in intimo famulatu, cæteris id genus ſtimulus efficax. At in Principe, cuius motu Prouinciæ quies, ac bella reguntur, certior Nobilium, qui parent, profectus, cum nedum perſuadeat, ſed etiam vrgeat. Sereniſſimum domicilium intuenti obijci videtur Imperialis Magni Theodoſij Aula, quam veluti gymnaſium inſtituerat, in quo ſe, ſuoſque ad pietatem erudiret. A domeſticis duxit exordium diſciplina. Reliqui errare caueant; foret culpa maior. Vetita ſuis excedendi licentia cęteros inſtruat. *Hæc eſt Principum conditio, vt quidquid ipſi faciunt,*

Caſſiodorus lib. 4. Epiſt. 3.

Theodoretus lib. 5. cap. 36. An. Chr. 392. 393. & ſeq.

Quint. declam. 4.

præcipere videantur. Nemini indulgendum nimis, ne noceat. Tutiora rerum confinia: quilibet exceſſus periculoſus.

Qui eminent, à bonis decus hauriunt, à malis dedecus metuant. Qualemcumque famam meruerint, magna ſemper eos ingenti ſonitu ſequutura. Exemplaris Ædes veneratione ſingulos implet. Vndenam quis ad illam pertinere noſcitur? Manifeſtiùs ex Lege, quàm ex Inſignibus. Famulitium nullo armorum genere per Vrbem incedit. Nedum enſis hæret lateri, modeſtia tantùm obarmat. Et ſanè cæteris inferior ordo, humiliorque cunctis ingerit admirationem, quoniam inermis militum Imperatori, ac ſupremo armorum Duci obſequitur. Quod quidem Inſubriæ viſum eſt inſuetum, in qua conſuetudo e regione inualuit. Dogma ſaluberrimum didicit, quo ſecuriùs ſaluti conſulitur. Minùs enim periculi quiſque ſubiturus, ſi gladium ſæuiens quandoque ira (*breuis inſania*) non geſtet.

Religionis ardor ad loca ſacra eum ſæpe

ſæpe ducit. Scit enim Principem fore ſummæ Celſitudinis, ac dignitatis vmbraculum, & ſimulacrum. Si gradu cæteris viciniùs Deo acceſſit, cultu, quo quiſque ſolummodo clareſcit, tenetur eidem proximiùs accedere. Feruenti ſpiritus impetu rapitur in Deiparam, vt Caſtrorum acies, ordinatam rectis Ducibus propitiam. Frequens Animi ſtudium fertur in clariſſimum Sanctitatis exemplar, Carolum Borromæum nedum Mediolanenſis, ſed etiam totius Eccleſiæ inſtauratorem. Reueretur ſacrum Mecenatem moralis, & intellectualis diſciplinæ reparatorem, vnde Clericalis Ordo probus, & eruditus elucet. Neceſſarium quidem nobis imperium, vt dirigamur, at exemplum quoque, vt directioni faciliùs obtemperemus. Illud nolentem cogit, hoc volentem ducit. Vtrumque ſimul arduum regendi opus perficit.

Quò proceſſerit Sereniſſimæ Coniugis Pietas, nemo non videt. In Speculo relucet eius exemplum, in quod proficuus ſingulorum intuitus. Quantùm optimo

regi-

regimini proſit, quiſque experitur. Quamuis egregia Virorum facinora redundent in decus nuptarum, quas amoris, & honoris vinculum coniunxit, merita tamen vnius Conſortis non ſunt alterius. Inter eos diuiduntur, & quaſi glorioſum patiuntur diuortium, ob maius, & peculiare ſingulorum ornamentum. Propriò diteſcit ære, quoniam eximiæ Animi dotes pretium faciunt ſummi ponderis.

Vix Ticinenſem ingreſſam in Vrbem e veſtigio rapuit pia Charitas ad purpurata Redemptionis ſigna, hoc eſt, Spinas adorandas, quibus coronatus eſt Rex dolorum. Eadem in viſceribus exęſtuans effundit in pauperes theſauros beneficentiæ ſuæ. Inter ſerta Parentum nata, inter faſces, trabeaſque enutrita reſpuit ſæculi pompas, animoque euehitur ad ſuperiora Cœli paludamenta. Romanæ Paulæ cælitibus inſertæ aſſimilatur, quæ periturum Orbis, nedum Vrbis Capitolium duxit in triumphum. Toti Prouinciç Sereniſſimo Conſorti demandatæ ſaluberrima

rima

rima præbet exempla viuendi. Templa, Xenodochia, Noſocomia ſunt metæ votorum, & horti deliciarum, qui aduolantem excipiunt, recreant, beant. Annam, & Eliſabetham clariſſima antiqui Æui monimenta Nomine, & Virtute contendit imitari. Itaque ambo Conſortes in Speculo fulgent.

In quamlibet partem vertatur intuitus, fauſtiſſima rutilant auſpicia. Felices rerum exitus ſub fortuna laborant. Fortunatos euentus triumphale Chriſti vexillum in Stemmate explicatum portendit. *In hoc Signo vinces*. Magnum ſequutus Conſtantinum, cuius vexilla, poſt cœleſte oſtentum, **Cruce explicuiſſe, &** hoſtiles acies ſtrenuè ſuperaſſe nobis erudita tradidit vetuſtas. Non fortunæ, vel hoſtium tela excelſi Animi apicem ferient. Nil aduerſum timendum. Emicat Inſigne, cuius aſpectu vel ipſę Inferorum poteſtates contremiſcunt. Coruſcanti Crucis gloriâ quotidiè triumphantis exornatur. Cunctis ſplendidior aſtris barbaras acies perſtrinxit. Copias noſtræ infen-

An. Chr. 312. à Conſtantino victus Maxentius Tyrannus, quem Tiberis abſorbuit.

inſenſas Religioni ſemper perterrefecit, ac perdomuit. Mellifluus Doctor dulcia loquenti verba ſuggerit. *Crux* (Lotharin-
D. Bern. ga) *fides eſt, cuius latitudo charitas, longitudo longanimitas, altitudo ſpes, profunditas Dei timor.*

Quoties fortunæ viciſſitudo victorum lætitiam vulnerauit? Quoties proſperis rebus triſte aliquid permiſcuit? Non ſemel laureatus campus in feralem verſus: gaudium mæror inuaſit, & vox feſtiua gemitum ſequuta. Perennis arriſit victoria fere ſemper iucunda, vtpote fortitudine non magis edita, quàm integritate. Adeo tantùm etiam inter arma Animi Religio ſibi vindicat, vt continuatis exultet triumphis. Eam ſpectat ex alto bellorum arbiter Deus, præſenſque intuetur. Singula Ducum merita librat, perpendit, examinat. Percipimus ex rerum geſtarum magnitudine Cœlum ipſum Principi opitulari.

Stella pugnabant contrà Siſaram Sacra Script. Iud. Optimo militum Imperatori vel ipſa elementa fauent. Lucido ſyderum agmine quandoque militat Æther, & coniurati veniunt ad claſſica venti. Nubes perſtre-

perſtrepunt in hoſtem: ignito fulmine feriunt. Terra modò planitie, modò montibus; modò fontium accurſu, & torrentum alluuione, nec non ſinus hiatu ſurgit in prælium. Aer pulueris obiectu ſæpe pugnat: denſam fumi nubem retorquet, aduerſoſque offundit intuitus. Si neceſſitas conflictus vrgeret, per obiectas acies, per exercitus obuios inoffenſus victoriarum impetus percurreret.

An. Chr. 394. à pio Theodoſio victus Eugenius Tyrãnus, Tiberis verticib. hauſtus, dum ventus in hoſtes ſua tela retorquet. Brietius.

Diuini Numinis auxilio tantummodo deteguntur inſidiæ, quibus ſubiacent Caſtra. Palam fiunt proditiones militiæ proceribus ex domeſticis ſignis (ideoque plus timendæ) quàm exteris, frequentiùs fortaſſe paratæ. Excubet miles: ſit peruigil integer exercitus; tutiùs integritas Ducem ſeruabit incolumem. Docuit venturos militum Ductores animum adeo integrum, vt neque alienum lædi paſſuri ſint. Non audebunt hoſtes lauros vendere, vel emere. Intelligent ferro, non auro; gladijs, non muneribus eſſe vincendum. Diſcent emptam victoriam ingloriam eſſe, ſummam conſcientiæ ia-

An. Chr. 116. Traianus fulminibus, grandine pellitur cũ exercitu ex Arabia. Brietius. Suidas.

Pulnis vẽto excitatus obruit Luſitanos. Sertorius vincit. Plutar.

 ¦ cturam,

ċturam, onuſue, quòd librare nequit totius pondus æris conuenti.

Sed acrius bellum, quippe inteſtinum, vexat Regiæ Sedis viſcera, quòd neſcit inducias. Pacis indutum ſpecie occultam exit in pugnam, aperto certamine ſæuiorem. Quo tempore regnare cæperunt Reges, cæpit & adulatio. Veritatem Reginam nedum famulam patitur. Exulat, fugitque potentum limina, quamquam ſalutis nuncia.

Pauci bonæ mentis aduocati. Frequens tumultus, fremituſque falſorum. Quàm rarò accidit veram adminus vocem vnius audire? *Ferè nemo ex animi ſui ſententià ſuadet, diſſuadetque, ſed adulandi certamen eſt, & vna contentio, quis blandiſſimè fallat.* Faciliùs Vrbis obſidionem arcere, quàm aſſentantium coronam, cum hoſtes non pateant. *Blanditiæ, etiam cùm reijciuntur, placent. Infelix, & deceptioni ſemper obnoxium humanæ faſtigium dignitatis.*

Seneca lib. 6. de beneficijs.

Senec.

D.P. Damianus opus 58.

Aulicus multicolor, verſicolorque. Numquam ipſe, ſemper alius, etſi ſemper ipſe, quando alius. Floret colorum varieta-

rietate folijs ſimilium, ſed fructibus areſcit! Mutat formam iuxtà veſtem. Vt anguis idem venenum ſeruat, non exuuias. Nil facilius, quàm à domeſticis falli. Rarus circumſtantium candor. Frequens pro rerum notitià, alienæ cognitionis indigentia. Nedum priuata, ſed etiam ſolemnis parum tuta, nec facilè perfecta, poſt Protoparentis à primo Vero receſſum. Læſo humanitatis iure, fraus quidem bonis conſtruitur, ſed malis, qui moliuntur, excidium, Deo cuncta cernente.

Domeſticum hoc bellum, quod clam Reges, opeſue ſæpius, quàm publicum, euertit, Ædem Lotharingam fruſtrà conatur inuadere. Saltem non ità facilè patet aditus. Spem triumphi candidà in arenà penitus amiſit. Præcluſæ fores, & aures ijs, qui conſilijs in ſpeciem vtilibus, reuerà pernicioſis auditum palpant. Hoſce Dæmones Crux Gentilitia terret, fugatque. Mens oculatiſſima animi ſenſus explorat. Lumen à naturà inſitum noxium inuidorum gluten ſoluit. Radius quidam dignitate fulgentibus deſuper

 conceſ-

conceſſus pectorum latebras detegit. Viuos interdum fortuna, ſæpe inuidia fatigat. In fidentiores maior vigilantia. In cariores perſpicacior intuitus. In intimiores mens ſolertior. Ruffinis, & Eutropijs numquam caruit Orbis.

An. Chr. 396. & 399. Ruffinus, & Eutropius à Theod. & Arcad. Imp. euecti, illorũ proditores, ſed aliorum operà interfecti.

Non pauci circumſtant latera Principum, vtilitatibus Fiſci prouehendis ſolliciti. Peculiare tamen commodum, non publicum, eos cruciat. Fronti inhæret grauitas: ſupercilio triſtitia inſedit. Secumipſis cogitabundi aureos parturient montes ad Ærarij incrementum; naſcetur autem domeſticum augmentum; *Mutare ſciunt, & exquirere nouos ſinus, ac varia congerendi vocabula.* Numquam intermittente, cæteriſque grauiori cogitatu mentem onerant, vt ſingulos ære exonerent.

Tacitus lib. 4. Hiſtor.

In nullo acutior phantaſia, ingenioſiorque, quàm in alterius onere. Recentes titulos producit, quibus aliena coaceruet, quorum ferè ſemper prodiga. Tolerabius cuiquam impendium, quod Reipublicæ prodeſt. Tunc aliquid volupta-

tis

tis dolor parit, quoniam ex incommodo quiſque commodum experitur. Sic exigit partium complexio, à quibus totum non ſecernitur. Quoties nos infenſi nobis? Quoties Vrbes à ciuibus vexantur? Diuinæ aduerſamur prouidentiæ, quæ conſtituit in Orbe Rectores, vt eam imitentur, ac pietate regant.

Fruſtra tamen ſuggeruntur molitiones. Non capitur hic ſermo ab optimo Principe. Nouit naturam non vltra vires operari, ideoque ſeruari ad pulcherrimam Vniuerſi conſtitutionem. Beneficentiam communem exercet, quę auget, ornatque ſubiectos. Repetitum onus more belli conterit, regnumque in ſolitudinem vertit. Vt corpus humanum, humido conſumpto, extinguitur. Nouit etiam ſingula fortunæ ſponte largientis citò reuerſura, citiùs autem cogentis. Sortem quærit duraturam, nempe beneficentiæ theſaurum. Hic ſtabilis eſt; rei, & famæ conſulit, gloriam lucratur, datorem numquam relicturus.

Hìc limina tenet Pietas. Veſtibulum

tuetur

tuetur armata excubantium copia, premit etiam pauperum agmen inerme. Ab his fortè ſecurius munitur, quàm ab illis. Inopum excubiæ cæteris præualent. In miſeros munificentia, primo aſpectu, æquè ac bellum præmere videtur Ærarium, ſed ampliori fenore replendum. Non enim copioſiùs diteſcere poteſt, quamuis *Fiſci numquam mala cauſa, niſi ſub bono Principe*. Quid dignius hoc impendij genere? Martis lauteæ tandem marceſcunt. Virtutum Regina coronas texit immortales, Hæc ſerto redimita, & quæ numquam excidit, Ædes coronare, ac perennare ſolet. Ingenita Pietas annorum decurſu propagata Imperiale ſortitur primordium. Carolus Magnus in miſeros, & captiuos æs largiter effudit, factus pene omnium parens, conciliatis ideo Principibus Arabicis. Numquam in Regià domo illa ſterilis, cuius præmium fœcundus thalamus. Meritò per temporum vices felix proles edita, quam enixè precor.

Plini. in paneg.

Anno Chr. 795. Brietius.

Quæ vnius ſunt poſſidentis, quandam ſortiun-

b

ſortiuntur vnitatem, & ſanguinis nomine ſecundo loco exprimuntur. Inopum ſubuentione in pluribus diuiſa multiplicantur, ac veluti propagantur, vnà cum poſſeſſore, quodammodo multiplici facto, quia multis proficuo. Quidni etiam vnus, & idem elargitor multiplex naturà fiat, propagetur, prole extendatur, quæ principem ſanguinis locum obtinet? *Cong. 32. illam.*

Natura quidem nobis negauit diù viuere, fortè vt faciliùs noſtram mortalitatem agnoſceremus. Attamen, continuatà per ſæcula ſanguinis, & hæredum ſucceſſione, quandam ſpeciem, ſeu potius vmbram immortalitatis impertitur. Vt in plantà, de qua Poeta canit: *Vno auulſo, non deficit alter aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.*

Inclytus Heros iuris religioſiſſimus videt genus ſuum in poſteros mittendum. In ſpem quoque venio Cęlorum curſum Sereniſſimam Familiam, cuius ope creuit Religio, ac Regiam Ducum ſeriem, quorum decor Crucis trophęum, fore æquaturam. Cuius voti ſolidum, ac firmum datur argumentum, ſapientiſſimo aſſe-

rente

rente tabernacula iuſtorum germen ſemper editura. Ex Arbore Vitæ, nimirum Ligno Saluatoris triumphali, quod Barbaras in Prouincias Lotharinga virtus inuexit, fructus germinant immortalitatis.

Votorum ſummam, nempe felicitatem adepta eſt aurea regnantis indoles pretioſ & grauitate ſpectabilis. Vndenam illa oritur? inquit diſciplinæ moralis præceptor: *Ex bona conſcientia, ex honeſtis conſilijs, ex rectis actionibus, ex placido, & continuo tenore vnam prementis viam.* Oſtendit naturam ſuam ſuipſius diffuſiuam, nullamque in Principe maiorem, quàm feciſſe felicem. Ideo illi optanda, vtpote in meliorem migratura ſortem ſubiectorum. Fugienda eſt virorum fortium tantummodo fortuna, per quam infortunia, & miſerias patitur terrarum Orbis.

Sereniſſimam Domum ingreſſa numquam deſeruit. Bello Lotharingia quan-
1670 doque vexata, captaque. Sedes ſine Carolo triſtari videbatur. Virtus aduerſitate exercetur, vt augeatur, quod eſt feli-
In Hungariâ Turcas citatis incrementum. Aliò ſe tranſtulit, & exteras Prouincias lauris exornauit.

Eius

Eius fortitudine Chriſtianæ Reipublicæ directa ſalus, atque firmata. Germanos gentem fortiſſimam, Aquilonari ſyderum influxu enutritam Diuina Prouidentia Turcarum alluuionibus velut firmiſſimum aggerem obiecit. Impauidam miramur, inſpecto ſanguine, magis accendi, ac niſi Cœlum ruat, nil formidaturam. Inuictiſſimi Caroli diſciplinà creuit robur Germanicum: hoſtes Fidei deiecit: palmas Catholicas adauxit. Ad anguſtias redactam noſtram aſſeruit libertatem, quà nulla maior felicitas, neque maius trophæum penes Lotharingos Proceres frequens. Triumphantis Ducis veſtigia ſequitur, qui gloriam perennem quęrit, ęquè felix, ac ille futurus.

Bellum contra Turcas 1684. & ſequent.

Alexander Mag. rogat German. Legatos, quid magis Germani formident in terris; reſpondent eos nil formidare, niſi Cœlum ruat. Q. Curt. l. 2. de geſtis Alex. Mag.

Regale Genus ſuum illuſtrauit, æquauit. Hoc nil reliquit, quo vincatur. Erit igitur virtutis apex, æquiparatio. Geſtorum ſeries exprimit pulcherrimam animi ſpeciem intus latentis, ſed interius, exteriuſque omnia dirigentis. Suſpicimus vim intelligendi maximam, promptam meliora eligendi facultatem, in

 gentem

gentem præſentium curam, miram futurorum prouidentiam. Deprchendimus Macedonum magnanimitatem. Athenienſium æquitatem. Lacędemoniorum conſtantiam. Areopagitarum iuſtitiam. Carthaginienſium in deſignandis Magiſtratibus maturitatem. Theſſalorum in conſeruandis legibus firmitatem.

Vſurpandum mihi, quod Seneca dixit. *Magnanimum illum natura produxit. Et vt quibuſdam animalibus pauidum, ita ei glorioſum, & excelſum ſpiritum dedit, quærentem, vbi honeſtiſſimè, non vbi tutiſſimè viuat. Dominus omnium eſt, ſupra omnia eſt. Itaque nulli ſe rei ſubmittit. Nihil illi videtur graue, nihil aſperum, quod virum incuruet.*

Actor perit, non opus. Quod rectè geritur, non extinguitur agentis exceſſu, ſicuti neque quod impiè agitur. Illud gloriæ victurum, hoc dedecori. Virtus, & vitium longè diſſident, vt tantò magis vnam probent, quantò magis alterum ſæcula deteſtentur.

Erudita ſcriptorum volumina à quadam obliuionis, ac mortalitatis ſeruitute, quibus ſumus obnoxij, nos vindicant.

Nunc

Nunc tranſmittent tabulæ ex Regio, Imperialique ſanguine recens exemplar, vt rectè, ſapienter, fortiterque agere diſcant. Simulacra tempus edax in puluerem redigit, vnde Primorum gloria perit, quæ inciditur.

Sculptor, pictorque fruſtra contendunt eximios Viros ſæculis conſignare. Inſcriptio ſaxis, vel tabulis impreſſa tempore conteritur. Marmora, quibus effigies diù viuere viſa eſt, in tumulum vertuntur, ibique cum ſonitu ſepelitur. Sola viuit obliuio, æterna ſuperſtes. Cum lapide conſumpti typis reuiuiſcunt, frequenti luce donati. Quiſque ſpecies ſui excitat, quibus fœcundatà poſterorum memorià, adeo mentalibus propagatur iconibus, vt difficiliùs extinguatur. In mente poſteritatis perpetuò duraturà gloria, & honor, nec non omnium amor Carolum Henricum inciderunt. Sic in longè diſtantes ibit ętates, quæ ſuſpicient ipſa vetuſtate florentem.

Quid referent hiſtoriæ? Venerationem Religionis aſſertam, iniurias Fidei propulſa-

Digitized by Google

In Belgio In Burgundia Annis 1686. 1687. & alijs.

pulſatas, Templa defenſa, ſcelera profligata. Veniam dicent à clementia ſæpius oblatam, ſeque peperciſſe ſubiectis, ac debellaſſe ſuperbos, quod Diuinum eſt. Quid enunciabunt? Mentem vbique cautiſſimam in terris, in fluminibus; in planitie, in montibus, in vijs difficillimis, per quas Copiæ ducebantur. Venturis Ducibus ſubijcient, iuſſo exercitu aliò transferri, retro regionem turmis euehendis tutam, vt nec ante, nec a tergo, nec à latere inſidias metuerent. Quid expriment? Solis curſus, & Lunæ, vigilijs, & ſomno non diuiſos: quietem vix conceſſam, ijſdemque momentis belli ſpecies excitatas, acies à phantaſia inſtructas.

Regularis exercitus motus in diſceſſu ab Aldenardo hoſtem terret, qui certare nō audet, victus ſine pugna.

Die, ac nocte obſidioni Traiect. intentus non quieſcit.

Vetuſtas temporum teſtis, vitæque magiſtra in litteris conſecrabit ſubacta vitiorum agmina, ſcelus perdomitum; perfidiam, elationem, contumaciam deletas. Loquetur nocturnos, diurnoſque proditores, quos neque ſyderum aſpectus, neque Solis facies terret à facinore, abactos, exules, ſiqui euaſerint. Aperiet

An. Chr. 1698. 1699. & ſeq. in Inſubria.

tot mala depulſa, quæ regiones grauiter obſederant.

Poſtremò temporum acerbitas diffi- cilem aperit arenam, ideoque totam Animi fortitudinem, ac ſolertiam exigit. Europam nobiliorem Orbis partem bellum accendit. Per Italiam ſerpit ignis, & Inſubriæ confinia adurit. Fortia tulit: incommoda ſenſit: pericula ſuperauit. Excelſæ mentis ſcopus minus malum, maiuſue euitare. Nemo magis prodeſſe poteſt, quàm qui, quouis tempore. *An. Chr. 1701. 1702. 1703.*

Non adeo denſa belli nubila, vt Iridis ſpes concipi nequeat. Auſpicatur Mulier amicta Sole, ſeu Virgo, in cuius ſinu ſedet Rex pacificus, & in quam ſummum Principis obſequium. Quod quidem videtur hæreditarium, à Progenitoribus ortum; præcęteris à Balduino Lotharingo, qui tertius Rex Hieruſalem enumeratur. Sublimis eminet eius pietas ſuper Sacrum Carmeli Montem. Excelſum ſurgit edificium ab eo munificentiſſimè abſolutum, in quo nunc candidus Carmelitarum Cætus, ſub D. Thereſiæ au- *Silueſt. Marul. Ocean. Relig. lib. 4. pag. 284.*

I 3 ſpicijs

ſpicijs, Diuino cultu floret. Nitet ex alto Virgini dicatus (exemplaris nedum Chriſtianorum, ſed etiam Turcarum admiratio) ſub Carmeli titulo, vt ibi Religioſa ſolitudine, Deiparæ decus magis attollatur, atque augeatur. Cœlum itaque animatum purpuraſcere non patitur imbres. Syderibus coronatum terram adſpergit rore, quo vnio conflatur. Inter tonitrua, & fulmina gemmas ſæpe Natura parit.

Siue bellicas inter lauros, ſiue pacificas inter oleas egit quidquid inclyti Maiores. Acta Cœlo, & Mundo repetita placent, quibus tandem meriti menſuram adeptus eſt, præmium inde æquale conſequuturus. Nobis quidem illa recentia, quia nouiter contingunt; at in vetuſtatem conſuetudine vertuntur. Noua, & vetera adeo ſimilitudine eadem, vt impleant coronatum Sapientiſſimi Oraculum: *Nihil ſub Sole nouum*. Nec obſtat recens contentio, quà ſuos Carolus Henricus aſſequi ſtudet. Vetus illa quoque, cum iam præceſſerit. Auita æmulatio nobi-

nobilior agendi forma; nil enim antiquitate antiquius, ſeu præſtantius. Patitur eius verecundia, dum noſtrum loquitur obſequium. Neſcio, quid illi oneroſum indixerant officia Perſonæ, Virtuti, Dignitati debita. Ægrè fert veritatem ſui ornamenta referentem. Gratum ſit eius ſilentium nil agentibus, quod ipſa probet. In eos ab alto cenſura. Ibi ſuperior poteſtas. Quem cæteris altiorem, potentioremque conſtituit, ſibi ſubiecit. Neque gradus inferior ius dicit in ſuperiorem, nec minori licitum in maiorem ferre ſententiam.

Principis Deo ſimiliores imagines reuereri quiſque tenetur.

Nemo tamen adhuc, qui ora veritati præcluſerit. Numquam ſemper obmutuit. Metu ſæpe ſilet, tandem loquutura. Singuli intereunt, nec ſoluitur hominum vniuerſitas. Ipſa numquam perit, & facta manent. Omnia vincit cunctis potentior, viuos, extinctoſque ſequutura. Motus noſtros vſque ad terminum comitatur, ac tumulum ſolet introſpicere. Præterita tàm recta, quàm impia retulit, vtriuſque generis, quę noua contingunt,

Veritas omnibus ſuperior, ac fortior.

tandem

tandem relatura. Eius ſpecies in ore candor. Hic ea ritè dicendum reperit. Candidus ſermo Principis præſtantia. Firmum eloquium eiuſdem honor, & decor, quorum defenſa ſolidior, non timor alienus, ſed opus eximium. Conſtans effatum communis amor in nos depereuntem. Patefaciet Lotharingam rectitudinem improbis diſplicuiſſe; probis, ſibique ſemper placituram, atque permanſuram. Diſplicentiam, vel complacentiam gloriam maiorem futuram nondum decernit.

Antequam quid egregium concipiat ratiocinij causà, priùs in lucem editum, ſpectatumque. Vox Belgica, Germanica, Italica ſat de hactenus enunciatis. Eadem firmat cæterarum gentium multiplex ſermo, vnanimis conſenſus varijs linguis expreſſus.

Dicendi libertas non fuit, ſed neceſſitas. Quomodo liberum effari, quando Chriſtiana Principis integritas cogit? Toties ſermo, quoties rerum maieſtas vrget. Nulla tacendi facultas, quando opus

opus eximium impellit, cuius vox præambula ſilentium non patitur. Etſi nemo dicturus, illud facundè loquitur; etſi omnes loquantur, principem fandi locum ſortitur. Id ſuaſit exemplo Infulatus Doctor, eruditum Eccleſiæ firmamentum, validum Metropolis Inſubriæ patrocinium, & optimus Paſtor, Imperatoris Theodoſij commendator. Cuius eloquentiæ examen apum, delectui ad Inſulam os infantis præluſit. Suaſit etiam obſequentiſſimus Animus in Aulam Catholicam, quæ ſtrenuos Duces de ſe optimè meritos ad honores euehit. Sub iudice lis eſt, ſitne maius decus largientis dignitates merito, an merentis.

An. Chr. 395. Mediolani Theodoſium Imperatorē cōmendat D. Ambroſius.

Purpuratus Pater, Archiepiſcopus, Regni felicitatem auget. Eum valde ſollicitant Gregis ſalus, Templi nitor, ſacrorum adminiſtratio, & quidquid ad paſtoralis Officij pertinet integritatem. Eminentiſſimus Cardinalis, Ioſeph Archintus, vigilantiſſimus Paſtor piam Sereniſſimi Principis mentem admiratur, rebus in luculentam conſonantiam erectis, quæ ſunt

Dei,

Digitized by Google

Dei, Deo; quæ ſunt Regis, Regi ſemper reddituram. Idem vtriuſque ſcopus, ſcilicet, optimum Prouinciæ regimen. In id amborum vota, ex quibus Diuini cultus incrementum, populique tranquillitas. Hùc vnanimi conſenſu Suprema Capita tendunt; ſolummodo vigilantia certant. Vtrumque Imperium mutuo fœdere iunctum ſumma Vniuerſi pulchritudo; Nexus Cœli,& Terræ, quo nil ſpecioſius. nil validius ad noſtræ Religionis firmamentum, ac hæreſis detrimentum. Procul dubio vtriuſque Fori concordia Orbis Catholici ornamentum. Aduerſus hæreticam prauitatem virtus fortior, credentium tranquillitas, maleſentientium timor, metuſue vel Inferorum.

Gratulor, Vrbs inclyta, Prouinciæ caput, Religioni dedita, ad ſolium Diuinitati proximum in Ciuibus non ſemel euecta, amplitudini Tuæ integrum obtigiſſe Rectorem. Iucundùm felicem Inſubriæ Regionem, eiuſque Cœlum ſalubrius corporum valetudini prodeſſe. Iucundiùs probum Moderatorem experiri,

An. Chr. 1559. Io: Angelus Medicinus. An. Chr. 1590. Nicolaus Sfondratus electi Summi Pon-

vt

vt propitij ſyderis aſpectum, animorum ſaluti profuturum. Sors arrideat diuturna ex alto, vbi totius boni fons, & origo. Hanc perficiunt pax, incolumitas, vbertas, quæ nobis ad cultus menſuram conferuntur. Mira eſt inter Religionem, populique felicitatem complexio. Sin; bellum, ægritudo, ſterilitas. Nam Deus mouet arma Regum; valetudinem ſeruat, vel arcet; frugibus alimenta parat, aut prohibet. Fortunatos ſucceſſus ſuperi nouis ſucceſſibus augeant. Habes, quem commendant Religio, Pietas, Clementia, Comitas, Beneficentia. Habes, quem illuſtrant Iuſtitia, Æquitas, Vigilantia, Fortitudo, Conſilium. Habes, quem imiteris.

Pontifices Pius IV. Gre. XIV. Briettus.

Dotes in Regiâ Domo enutritæ, atque ſeruatæ ſine contentione ad hæredes tranſeunt. Æquè exercitæ ſimilitudinem inducunt; & auitam geſtorum imaginem exprimunt. Mihi ſat eam Orbi exhibuiſſe, vtilem nempe futuram. Sat mihi quoque iuſtitiæ formam, à Diuina Sapientia ſingulis poteſtatibus expreſſam,

ſam, *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram*, in Principe optimo oculis ſpectantium obtuliſſe; rectà acie intuentibus, ſeu rectè ſentientibus placituram.

FINIS.

005665633

Digitized by Google

KONSERVIERT DURCH
OSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN

Digitized by Google